UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Prophetia Apocalyptica S. Joannis Apostoli

Kircher, Heinrich

Coloniæ Agrippinæ, 1676

Præfatiuncula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39100

Visual Library

INITIUM S. EVANGELII SECUNDUM JOANNEM.

CUM SUCCINCTO COMMENTARIOLO; DIVISO IN TRES SECTIONES, SIVE IN NOVEM PARAGRAPHOS.

PRÆFATIUNCULA.

Oportet ut hoc Initium Evangelii ſit præcipuè Myſteriis refertum cùm ſancta Eccleſia illud prælegat paſſim; nec deſint Fideles qui piè appendant illud collo, aut ſecum geſtent. Aperiat nobis DEUS *ſenſum: Domine,* DA MIHI INTELLECTUM.

SECTIO I.

De Myſteriis Perſonarum Divinarum.

Patere te rapi omni procul terrenâ cogitatione in adyta SS. TRINITATIS, quæ tibi reſerat fides hujus initii Evangelii.

§. I.

Deſcriptio VERBI.

In Principio erat VERBUM: & VERBUM erat apud DEUM: & DEUS erat VERBUM.

Ineſt vocibus ſingulis ſuum pondus.

1. ERAT productum ab æterno; ita ut de illo ſit perpetuò dicere, Erat, & immutabiliter, ante ſæcula.

Actione immanente IN ſuo PRINCIPIO à quo producitur: non ſicut alia quæ ad extra efficiuntur.

Admirabili, Generatione; puriſſi-